



Iohannes Schiltpergerus Monachio oppido Ba-
 variæ ortus fuit. Hic egregiæ indolis puer à tene-
 ris annis literis operem dedit, atq; parentibus ma-
 gnam de se uirtutis spem præbuit. Cum autem eo
 tempore Sigismundus rex Vngarię expeditionem
 contra Turcas fusciperet, atq; anno 1395 ad Nicopo-
 lim à Turcis magna clade afficeretur, Iohannes ille
 armiger interfuit, atq; ob formæ elegãtiã captus,
 & à Baizetis filio conseruatus fuit. Is ñs in locis ua-
 iam fortunę aleam sensit. Primò enim in aula Impe-
 ratoris Turcarum honestè educatus, et omnis gene-
 ris armorũ exercitatus fuit, ita ut nemo dubitaret ip-
 sum aliquãdo apud Turcas ordines ducturum. Cũ

autem Baiazethes a Tamerlano Persarum rege uictus esset, atque Iohannes
 huic expeditioni adfuisset, ipse arma uictoris secutus ad tempus Tamerlano
 inferuiuit. Mortuo postea Tamerlano ob egregiam nauatam Persis operam
 manumittitur, & in patriam postliminio reuertitur. Itaque Albertus (huius
 Alberti qui hodie præest proauus) dux Bauariæ eundem ad se recepit, atque
 suo conclaui & cubiculo præposuit, Anno Christi natiuitatis circiter mille-
 simum quadringentesimum uicesimum. In eo loco existens omnes ad uirtu-
 tem adhortatus, subinde occasionem quæsiuit, ut se tandem de Turcarum in-
 iuriã ulcisci posset. Tandem uerò moriens honorificè sepultus fuit. *Auent.*
libro septimo.